



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

V. Vt rectores ecclesiarum nomina suorum parochianorum annuatim in
scriptis redigant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ANNO CHRISTI
1339. priarum ecclesiarum & diœcesum informatos , sta-
tuimus quod episcopi taliter impediti procuratores
alios ab illis qui per eorum capitula fuerint consti-
tuti, mittere teneantur. Quod si secus actum fuerit,
contra eos perinde procedatur, ac si neminem trans-
misissent.

V.

Cum nonnulli rectores ecclesiarum & eorum
vicarii in obseruando constitutionem generalis
Concilii , quæ incipit, *Omnis utriusque sexus*, inue-
niantur hactenus negligentes plurimum & remissi ;
ideoque vniuersis & singulis ecclesiarum rectori-
bus, eorum vicariis, sub pœna excommunicationis
præcipiendo mandamus , quatenus dictam consti-
tutionem diligenter obseruent , & nihilo minus
quilibet eorum in sua parochia nomina suorum
parochianorum , qui ad annos discretionis perue-
nerint , annuatim in scriptis redigant : & illos qui
sibi vel alteri potestatem habenti , de quo constet
ei, confessi fuerint, consignet , eosque ad recipien-
dum eucharistiam excitet. Quod si eam non rece-
perint , nisi de consilio proprii sacerdotis abstine-
nant : nec non & reliqui non confessi post la-
psum anni ab ecclesia, donec confessi fuerint, ex-
pellantur , & si sic decesserint, ecclesiastica careant
sepultura.

Datum in ecclesia Toletana xiv. Kalendas Junii anno
Domini millesimo trecentesimo trigesimo nono , indi-
catione septima, pontificatus sancti patris & domini nostri,
domini Benedicti diuina prouidentia papæ XII. anno v.
quo dictum Concilium extitit terminatum, sub sigilli no-
stri appensione, præsentibus Blasio Eximini archidiacono

Q. iii